

Hanc devotæ mentis  
tesseractam, viro admodum  
reverendo et  
præcellentissimo dn....

*1 Ic 1689 Wanochius, Andreas Jacobi*



National Library  
of Sweden

HANC  
DEVOTÆ MENTIS  
TESSERAM.

VIRO

*Admodum Reverendo & Præcellentissimo*

DN. M. ANDREÆ  
WANOCHIO,

Phil. Pract. & Hist. Prof. Ord.

Hoc benigno fidere,

Fasces Academicos

Suscipienti

*Exhibuit*

SVENO M. ARELIUS

Wex. Smol.



1689

Prodat nunc calamus  
affectum scriptoris,  
persolvat manus  
ejusdebitum,  
circa illam

quam,

die hoc memorabili ac festivo  
spectatum ivit  
solennitatem:

Hoc enim auspicato fidere,  
summo favente Numine,  
ac  
universo bonorum adplaudente choro  
VIR,

quà doctrinam & scripta

illustris,

quà famam & rationem vivendi

devotus,

integer,

splendidus,

*Admodum Reverendus & Praclarissimus Dominus*

**MAG. ANDREAS WANOCHIUS,**

**Phil. Pract. & Hist. Prof. Ord.**

nobili stipatus comitatu,

in templum Cathedralè Aboensè

deducitur:

ad accipiendum

universitatis Sceptra,

pubis academicæ regimen

adeoque illas curas, labores, tædia,

quæ munus

tàm eminens,

tàm splendidum,

concomitantur.

Mihi,

ejusmodi actum solennem,

Divi-

Divina favente gratia,  
spectaturo  
religio fuit,  
inter tot adplaudentium ora,  
prorsus silere;  
Et ideo despiciendum,  
ut pro mea facultate & tenui rure,  
à quo non est expectanda ampla messis,  
cum pluribus ovanibus,  
aliquid contribuerem.  
Sed dum isto ære me obstrictum esse sentiebam,  
restabat tum cogitare,  
quomodo me liberarem,  
qua ratione me expedirem.  
Tandem  
illam commodissimam judicavi,  
qua  
prolixum non expeteret apparatus,  
&  
simplici ac parabili habitu,  
animum candidum ac primum  
nihilo secius monstraret.  
Quare,  
Supplicatione seria,  
votoq; devoto  
negotium hoc peragam,  
ratus nil esse prius,  
quàm rem tanti momenti  
summo committere Deo,  
à quo & impetrandum,  
ut  
provincia hæc plena curarum, refertissima molestiarum  
quam Tu,  
Magnifice Dn. RECTOR,  
hodie suscepisti  
rectè administretur.  
Largiatur ille vires! suppeditet sapientiam!

cliri

dirigat opus! ducat Rectoram!

& fiet

ut munus cum laude administratum

auspicatissimo coronetur sine,

Nostrum, O commilites, est

ducem hunc sequi, parere, venerari;

absit ab unoquoque nostrum

nostro Rectori quidquam negotii facessere.

Credamus libertatem nobis esse concessam,

non ad otium & desidiam,

non ad lasciviam & sordes,

non ad contumaciam & licentiam,

nec denique ad aliquid, quod limites honestatis excedit;

sed ad

*Virtutis adyta.*

Minervæ sacra,

doctrinarum emporia.

Ad hoc nati, educari, segregati;

segregemus ideo nos

consortio pravorum,

cohorte delicatorum,

grege otiosorum,

ne

hujus seculi inficiamur contagio,

præsenti corrumpamur foeditate,

quam omnes vident,

pauci dolent.

Sentiatis denique idem cum illo,

qui hoc,

tanquam obœdientiæ pignus,

humilitatis documentum

Magnifico Dn. Rectori

humiliter offert,

ex debito relinquit.

